AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh. Seite 172
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



qui nouerunt sane ita posse etiam latine dici si dicetur. Ite
in ciuitatem ad quendam quem uobis demonstrauerit homo.
Qui uobis occurrerit lagoenam aquae postans hoc modo
iubenti sine ambiguitate posse obtemperari. uel ut etiam
si diceret ite in ciuitatem ad quendam qui manet in illo aut illo
loco in tali uel tali domo cum expressione loci et designatione
domus posse intellegi posse fieri, His autem atque huius
modi ceteris tacitis indiciis qui dicit. Ite ad quendam. et dici
te ei. Ideo non potest audire quia certum aliquem uult intel
legi cum dicit ad quendam. et non exprimit quomodo di
noscatur. Quod ex personadictum euangelicae illud inter
positum acceperimus, Erit quidem necessitate breui
tatis sub obscura locutio: sed tamen integra. quod uero
marcus lagoenam dicit. Quam lucas amphoram ille
uas si sgenus ille modum significauit. Uterque ueritatem
sententiae custodiuit; Sequitur mathes. Uespere
autem facto discumbebat cum duodecim discipulis et edentibus
illis dixit; Amen dico uobis. quia unus uestrum me tra
diturus est. Et contristati ualde coeperint singuli dicere.
Numquid ego sum domine, et cetera usque ad illud ubi ait; respon
dens autem iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum
rabbi. ait illi. tu dixisti. in his quae consideranda nunc propo
suimus nihil adferunt quaestiones etiam ceteri euange
listae qui talia commemorant,

EXPLICIT
LIBER SECVNDVS